



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Capvt XVII. In Scandalvm Præbentes iusta inuectio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

Malè audi-  
ens Ecclesia-  
sticus doctor  
non sine con-  
temptione  
auditur.  
Publicum  
offendiculū  
ac proinde  
remouendū  
malè viuens  
clericus.

treator, sed isti clerici sunt scortatores, potatores, obtretores, ita ut propter paucos malos totus ordo pessimè audiat.

§. Quin & peruersi clerici institutiones quantum-uis doctæ, veræ, salutares in despicatū veniunt: quia ut inquit S. Greg. hom. 12. in Euāg. cuius vita despicitur, restat ut eius prædicatio contemnatur. Denique quæ quantaq; scandala dat peruersus clericus? quot moratur, & sustinet ne in virtute progrediantur? quot à iustitiæ semita auertit? Hosea 5. v. 1. Audite hoc sacerdotes: quia vobis iudicium est: quoniam laqueus facti estis speculationi. Pro speculatione qua aliorum salutem providere debuistis, facti estis laqueus, & illos peccatis vestris irretiistis. S. Hier. in comment. Speculatores, inquit, vos posui, & principes in populo, & in excelsis dignitatis culmine constitui, ut populum regeretis errantem. Vos autem facti estis laqueus, & non tam speculatores & principes, quā venatores appellandi. Rursus de sacerdotum improbitate & offendiculo queritur Deus, Malac. 2. v. 8. Vos recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege. Septuaginta habet: Vos declinastis de via mea, & infirmos fecistis multos in lege. vbi S. Hier. infirmos faciunt multos, qui cum credentes in Christo fidei robur acceperint, infirmari eos faciunt negligentia conuersationis suæ. Atque ita meridiana luce clarius est, quod ait S. Greg. hom. 17. in Euang. Nullum, puto, fratres carissimi, ab aliis maius præiudicium, quam a sacerdotibus tolerat Deus: quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit. Verè S. Isidor. Pelus. l. 3. ep. 326. Si sacerdotes mores suos correxerint, spes est plebem quoq; secuturam esse. Plura in hanc sententiam lib. 2. titulo de sui contemptu Ecclesiasticis vitando.

Cleri emen-  
datio populi  
correctio.

CAPVT XVII.  
IN SCANDALVM PRÆBENTES  
iusta inuectio

S. Bern.

S. Bern. quantūvis Doctor mellissimus indignita-  
te tamen & sceleris immanitate commotus ser. 1.  
in conuers. S. Pauli non modo Religiosos & Ecclesia-  
sticos, sed & seculares, qui aliis offendiculo sunt, acer-  
bissimè perstringit & persectatur: *Quid me persequeris, Iniuriosus in Christi*  
ait Dominus ad Saulū, Act. 9. v. 4. *Annō persequabatur Chris- fideles, & in*  
tum, qui Christi membra trucidabat in terris? An vero perse- ipsum Chrē  
cuti sunt Christum, qui sacratissimum illud corpus crucis affi- stum iniu-  
xere patibulo, & non persequabatur eum, qui aduersus corpus rios.

eius quod est Ecclesia (est enim corpus eius ipsa) odio furebat in-  
quo? Deniq; si proprium sanguinem dedit in precium redem- Christi in-  
ptionis animarum, non tibi videtur ab eo sustinere persecutio- tersectores  
nem, qui suggestionem maligna, exemplo pernicioso, scandali oc- aliorum sa-  
cassione auertit ab eo animas quas redemit, quam à Iudeo qui luti noxii.

sanguinem illum fudit? Agnoscite dilectissimi & expauescite  
confortia eorum, qui salutem impediunt animarum. Horren-  
dum penitus sacrilegium, quod & ipsorum videtur excedere fa-  
cinus, qui Domino maiestatis manus sacrilegas iniecerunt. Vi-  
debatur iam cessasse persecutionis tempus, sed vt palam factum  
est, nunquam deest persecutio Christiano, sed neque Christo. Et  
nunc quod grauius est ipsi Christum persequuntur, qui ab eo  
vtrique Christiani dicuntur. Amici tui Deus & proximi aduer-  
sum te appropinquauerunt & steterunt. Psalm 37. v. 12. Con-  
iurasse videtur contra te vniuersitas populi Christiani à mini-  
mo vsq; maximum: à planta pedis vsq; ad verticem non est sa- Peruersi ec-  
nitas vlla: egressa est iniquitas à senioribus iudicibus vicariis clestici,  
tuis, qui videntur regere populum tuum: non est iam dicere, vt prapui  
populus, sic sacerdos: quia nec sic populus, vt Sacerdos. Heu, persecutores  
heu Domine Deus, quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui Christi.

videntur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principa-  
tum. Arcem Syon occupauerunt, apprehenderunt munitio- Prauitas  
nes, & vniuersam deinceps liberè & potestatiue tradunt in- cleri deprau-  
cendio ciuitatem. Misera eorum conuersatio, plebis tue uatio populū  
miserabilis subuersio est. Atque vtinam sola hac parte nocer-  
ent. Eset fortè qui dominica pramonitus & pramunitus ex-

*Iniuriosus  
in Christi  
fideles, & in  
ipsum Chre-  
stum iniu-  
rius.*

Christi in-  
terfectores  
aliorum sa-  
luti noxii.

Peruersi ec-  
clesiastici,  
præcipui  
persecutores  
Christi.

Pravitas  
cleri depra-  
uatio populi

hortatione daret operam ipsorum non exempla imitari, sed ob-  
 Mat. 23. v. 3 seruare precepta, iuxta illud: Que dicunt facite, & ad opera eo-  
 1. Tim. 6. v. rum nolite respicere. Nunc autem dati sunt sacri gradus in oc-  
 5. casionem turpis lucri, & questum astimant pietatem. Copiosissi-  
 Pecuniarū ma siquidem pietatis inueniuntur in suscipienda (imo accipi-  
 cura anima enda magis) animarum cura, sed hec apud eos cura minor, &  
 rū incuria. de animarum salute nouissima cogitatio est. An vero Saluatori  
 animarum grauior vlla esse poterat persecutio? Inique agunt,  
 & ceteri contra Christum, multiq; sunt nostris tēporibus Anti-  
 christi. Merito tamē & crudeliorem eam censet persecutionem  
 pro acceptis beneficiis, & grauiorem sentit pro potestate, quam  
 propriis sustinet à ministris: licet alii quoq; multi cōtra proxi-  
 morum salutē multifariē multisq; modis & variis occasionibus  
 agere videantur. Hec videt Christus & silet, hec saluator pati-  
 A Gallo cā- tur & dissimulat. Propterea dissimulem⁹ nos quoq; necesse est &  
 dido absti- fileamus interim, maximeq; de prelatiis nostris magistris eccle-  
 nendum. siarum. Sic nimirum sic placet & ipsis, vt euadant nunc huma-  
 na iudicia, veniatq; semel iudicium graue his qui presunt, &  
 Religiosorū potentes patiantur tormenta potenter. Vereor dilectissimi, ne  
 improbitas quis forte sit & in nobis Domini persecutor, quia manifesta do-  
 persecutio cuit ratio, impedire salutem, esse persequi saluatorem. Quas ego  
 Christi. de salute anima mea fratri illi gratias agere possum, qui mihi  
 propinat detractionis fraterna venenum? Merito detractores  
 Rō. 1. v. 30. Deo odibiles describuntur, tāquam persecutores. Quid & is qui  
 exemplo suo ad remissius agendum ceteros prouocat, aut singu-  
 laritate turbat, aut inquietat curiositate, aut impatientia sua  
 Eph. 4. v. 30 & murmuratione molestat, aut quocunq; modo contristat spi-  
 Mat. 18. v. 6 ritum Dei, qui in eis est scādalizans vnum de minimis istis cre-  
 Qua ratio- dentibus in vnum? Nōne & hic manifeste persequitur Christū?  
 ne Christi vt ergo persecutorum & nomē & crimen longe sit semper à no-  
 insectatio bis, obsecro vos dilectissimi, benignos semper & mites exhibea-  
 declinanda. mus nos, inuicem supportantes in omni patientia, & ad id quod  
 Eph. 4. v. 2. melius & perfectius est, alterutrum prouocantes. Quis n. seruus  
 sufficere sibi putat non persequi Dominum, sed nec obsequi Do-  
 mino? Quam habiturus est gratiam, si vt non resistit, nec as-  
 sistit

fistit quidem? Deniq, si quis adeo pusillanimis sit, ut satis sibi reputet nec persecutorem esse, nec coadiutorem Dei, audiat quid ipse loquatur: Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit.

§. Vt v. memoratos ecclesiastici fines consequantur, vtilissimus est sanctorum cultus, imitatio, imploratio. Qua de causa & in Clericorum sodalitijs mensura viget Sanctorum siue electio siue sortitio, quos & tunc peculiari honore & cultu prosequuntur.

## C A P. XVIII.

## VENERATIO SANCTORVM ET IMITATIO,

Deo honorifica, proximis ad imitandum proposita, & cuiq, salutaris.

§ HActenus à fine tanquam linea vel carcere exordium sumpsimus, nunc ut eum feliciterprehendamus, per media & adminicula velut stadium decurramus, inter quæ Christi Saluatoris, Deiparæ Virginis, Diuorum & Angelorum tutelarium, patriæ patronorum, & eorum Sanctorum, in quorum ecclesijs beneficia possident, veneratio & imitatio primo occurrit loco, & hoc ut psetur cum primis Ecclesiasticos decet viros: Siquidem & hac ratione in finem tanquam in scopum collineabimus, ac Dei Opt. Max. honorem, nostramq; & alienam salutem promouebimus: Nam Deus honoratur in Sanctis suis, in quib. *Laus sancto ipse est mirabilis*, ut ait Regius Vates Psal. 67. v. 36. *Qui rû laus Dei*, proinde & nos exhortatur Ps. 150. v. 1. *Laudate Dominû qui totius in sanctis eius*. Quod si in sanctissimis cœlorum habitaculis aut templis inanimatis tantum prædicandus est *sons & origo* Deus, quanto magis in iustis, qui sunt viua & animata sanctissimæ Trinitatis templa 1. Cor. 6. v. 16. Et c. 6. v. 19. & 2. Cor. 3. v. 16. Ex quibus non nemo dicebat In S. Pauli Gal. 1. v. 24. *In me clarificabant Deum*, & ad Phil. 1. v. 20. *virtute laus Magnificabitur Christus in corpore meo siue per vitam, siue datur Deus.*